



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi**

**Johannes <Climacus>**

**Coloniae, 1583**

**VD16 J 520**

De incorruptibili castitate, Gradus XV.

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

tionem assignat, cur non monachi, in Oriente perinde atque in Occidente Sabbato ieiunent.

4 Sensus est: Satietas ventris fontes lachrymarum exciccat: si autem venter ieiunio affligatur, vberima lachrymae vltro erumpent

3 Ex hoc loco conuincitur, veteres monachos semel tantum in die, idque sub solis occasum commedisse.

6 Contraria fuit Aegyptiorum monachorum consuetudo & disciplina, qui simul orabant & laborabant: Vide Cassi, libr. 2. cap. 24. de Instit monachorum.

De incorruptibili castitate, Gradus XV.

**A**Vdiuimus modo vesanam gulæ concupiscentiam, suam esse progeniem libidinis & fornicationis pugnam asserentem. Quod sane mirum non est, docet enim nos hoc ipsum vetus ille noster pater Adam. Nam nisi gulæ illecebris superat<sup>9</sup> fuisset, nunquam quid esset coniūx agnouisset. Qui igitur primum mandatum seruāt in secundum non incidunt præuicationis malum, sed permanent filij Adam modicum quid ab angelis minorati, atque istud ne immortale maneat malum; (vt ait vir ille summus cui cognomen theologia dedit). Castitas est incorporeæ naturæ familiaritas. castitas est Christi iucundum diuersorium terrestrisque clipeus cordis. Castitas excessiua naturæ abnegatio, corporisq; mortalis atque corruptibilis reuera ad incorpoream spiritualesque substantiam contentio. Castus ille est qui amore amorem exclusit, ignemque igni spiritus extinxit. Pudicitia generale virtutum cognomen omnium est. Pudicus est ille, qui ne in somnis quidem vllum motum vllamque status sui mutationem sentit. Pudicus est ille qui & in somnis quidem perfectam semper insensibilitatem in corporū specie & varietate possedit. Hæc regula huiusmodi



huiusmodi finis est perfectæ consummataque  
 stitatis, ut ita animata sicut inanimata intue-  
 mur, atque ita rationalibus ut brutis corporibus  
 ficiamur. Nemo ex his qui se studio castitatis  
 excent suis hanc laboribus aut sua industria se-  
 quisisse putet. Nam possibile non est, ut quisque  
 naturam suam vincat, ubi denique natura super-  
 rata est, illic is, qui supra naturam est aduenisse  
 gnosceatur. Nam sine ulla controuersia id quod  
 deterius est, a potentiore destruitur. Iniriumque  
 dem castitatis est, cogitationibus sordidis non  
 quiescere, atque per interualla temporum obli-  
 uio liquore illo simpliciter & absque ulla imagi-  
 natione respergi. Medium vero naturalibus  
 tibus ex repletionibus ciborum aduenientibus  
 imaginibus inquietari, ita tamen ut ad fluxum  
 usque illi non perueniant. Finis autem mortifi-  
 re corpus, iam antea mortuis cogitationibus  
 didis. Felix reuera est qui ad omnem calorem  
 corporis atque aspectum perfecte insensibilis  
 ctus est. Non qui carnis lutum sine sordibus  
 huiusmodi castus est, sed qui huius membra  
 mæ perfecte subiicit. Magnus quidem & ille est, qui  
 la ex tactu passionis mouetur. Maior vero qui  
 lo aspectu vulneratus est, atque cogitatione  
 næ pulchritudinis igneum spectaculum vidit.  
 quidem qui per orationem immundum canem  
 a se ambigit, pugnantem leoni comparatur. Qui  
 tem reluctando fugat, ei similis est qui adhuc  
 sequitur inimicum suum. Porro qui huius  
 tum omnino redegit ad nihilum, is (& si incarnatus  
 superstes,) iam tamen ex aceruo surrexit. Si  
 vere castitatis certum argumentum est, immo-  
 lem in eis phantasmatibus quæ per somnum  
 demus persistere, is profecto erit luxuriæ finis.

vigilant



vigilans quispiam ex immundis cogitationibus fluxum patiatur. Qui sudoribus suis ac laboribus aduersus huiusmodi aduersarium pugnat, is ei similis est qui inimicum suum papyro ligauit. Qui vero continentia ac vigilijs pugnat, ei similis qui cathenis hunc, torquibusq; deuinxit. Porro is qui altissima humilitate & ueritate iracundiæ sitiq; depugnat: is ei comparatur, qui occidit inimicum atque in arena occuluit. Arenam vero intellige humilitatem. Neque enim vitiorum gregem pascit, sed terra & cinis est. Alius qui est ex certaminibus, alius vero qui est ex humilitate profundus, alius item qui ex diuina reuelatione tyrannum victum tenet atq; captiuum: atq; ex his alius quidē lucifero, alius magnæ fulgentiæ lunæ, alius uero splendidissimo soli comparatur. Omnium tamen conuersatio in cœlis est. Ex auroræ quippe candore lux prodijt, ex luce vero solis iubar accenditur. Ita & in his quos modo memorauimus intelligendum est. Somnum vulpes simulant ut auem fallant, dæmon vero corporis pudicitiam fingit, ut animam perimat. Ne credas in uita tua luto carnis tuæ, neq; tibi ipsi omnino fidas, donec Christo domino obuiam pergas. Non confidere si per continentiam non laberis. nihil enim comedeat quidam & de cœlo delectus est. Abrenuntiationem quidam doctissimi uiri pulchre ita definiunt. Aiunt quippe illam inimicitiam esse aduersus corpus atque aduersus gulæ concupiscentiam inexorabile bellum. In ijs quidem qui rudes imbuuntur, lapsus corporis ex delicijs maxime fieri solet: in mediocribus uero etiam ex elatione animi. Porro in his qui perfectioni proximiores sunt, solummodo ex condemnatione contemptuque superbo proximi. Quidam eos beatos



beatos dixerunt euchos, qui ita sunt geniti  
 quam violētissima carnis dominatione liberati  
 Ego vero eos maxime beatos dico, qui ex quo  
 diana pugna eunuchi fiunt. Hi enim ratione vo  
 ti gladio quodam abscindere se ac mutilare  
 lent. Vidi quosdam non sponte ruere, vidi item  
 lios sponte ruere velle, nec posse, eosq; ijs qui  
 tidie corruunt infeliciores existimaui, vt qui  
 possent foetorem etiam appetere. Miserabilis  
 dem & ille qui corruit, sed ille longe miserabilis  
 qui alteri ruinæ causa fuit. Duorum enim lapsus  
 alteriusque voluptatis onus ipse sustinet. Ne  
 fornicationis spiritum disceptando vel contra  
 cendo in fugam conuertere. Ille enim persuade  
 probabiliter nouit. Quippe qui aduersum natura  
 turaliter pugnat. Qui sua industria carnem suam  
 vincere vel debellare vult, in vanum currit. Ne  
 dominus domum carnis deleuerit, domumque  
 mæ ædificauerit, frustra quispiam hanc ieiunatio  
 ac vigilando destruere nititur. Offer ante oculos  
 domini carnis naturalem infirmitatem & tu  
 humiliatus imbecillitatē agnoscens, prorsus sus  
 pices in intimis castitatis donum. Est in his qui  
 bidinis vruntur ardoribus, iugis corporeæ con  
 ctionis appetitus vt mihi quidam retulit, qui  
 fuerat expertus: posteaquam resipuerat & iam  
 tinentissimè viuebat. Immundus sane spiritus  
 uerecundus, impudicus, immanis est & atrox,  
 dum cordis sensum impudenter occupat, fr  
 quoq; vt is qui impugnatur in corpore dolore  
 sentiat, atque in morem fornacis vratur, de  
 denique non timet, æterni supplicij memoria  
 nihil estimat, orationem execratur, mortuorum  
 reliquias ac si lapides intueretur inanimatos: atq;  
 in ipsa nephariæ actionis cōsumatione, infelice  
 hom



hominem mentis impotem ac totius rationis expertem facit, iugique concupiscentia inebriat. Cuius nisi breuiari essent dies, non esset salua omnis anima, luto isto ex sanguine limoq; sordido concreto vestita. Nec sane mirum. Omne enim quod factum est, cognationem suam audivissimè appetit, vt puta sanguis sanguinem, vermis vermem, limus limum. Et caro igitur appetit carnem: tametsi nos nostræ vim inferre, ac cœleste regnū concupiscere satagimus, arte & astu, seductorem ludere ac fallere conamur. Beati sane sunt qui hoc pugnae genus experti non sunt. Nos quoque vt ab huiusmodi periculo immunes simus deū suppliciter oremus. Qui enim in huiusmodi foueā lapsi sunt, ab ascensu & descensu scalæ illius, quam vidit Iacob longe remoti sunt, his vero qui eiusmodi sunt vt surgere possint, sudoribus, doloribus, afflictionibus laboribus, fame, siti ac summa rerum omnium penuria opus erit. Aduertamus diligenter & videbimus ipsos spirituales inimicos nostros, vt fit in bello visibili, & in ipso prælio & pugna, quam aduersus nos instruunt, singulos munus aliquod subire proprium. Quod sane mirum est: Animaduerti in his qui tentantur casus casibus crudeliores. Qui habet aures audiendi audiat. Consuetudo est dæmonicos maximè qui in certamine sunt constituti, quique solitariam vitam delegerunt, toto malignitatis suæ impetu, omni studio, & arte omnique tentatione & astu, ad ea vicia, quæ præter naturam sunt impellere, eisque inde amplius oppugnare. Vnde & hi qui nunquam cum foeminis digunt, cum nulla huiusmodi concupiscentia viuunt, se beatos dicunt, ignorantes miserè quod vbi maiori intentus est illic minore opus non est. Duabus reor ex causis homicidæ illi



illi atq; miserrimi in his quæ præter naturam  
 maximè oppugnare nos miseros, atq; vultu  
 consueuerunt, & quia ruinæ materia vbique pro  
 mpta ac parata sit & quia huic sceleri supplicium  
 grauius debetur. Nouit quod dictum est iuuen  
 ille, qui prius onagris imperans <sup>3</sup> ad extremum  
 à spiritualibus ac sanctissimis onagris miserabiliter  
 deiectus atque illusus est: & qui pridie cœlestem  
 triebatur pane, postremo tanto ac tam singula  
 munere priuatus est. Quodque mirabilius est po  
 pœnitentiam suam amarissimè ingemiscens po  
 ceptor noster Anthonius, columna (inquit) ma  
 na cecidit, nequè tamen ruinæ illius reuerans mo  
 dum. Sapientissimè sane, nouerat enim fornicati  
 onem esse, quæ corporaliter sine alterius corporis  
 iunctione admitteretur. Est quippe in nobis mor  
 quædam ac ruinæ perniciēs, quam in nobis ac  
 biscum semper circumferimus, in iuuentute ma  
 ximè quam equidem scripturæ tradere ausus no  
 sum. Continuit enim manum meam is qui  
 Quæ enim in occulto à quibusdam fiūt, tu pe  
 & dicere & scribere & audire. Hanc meam, me  
 meam, inimicam, amicam carnem, mortem quæ  
 dem Paul<sup>9</sup> appellauit Infelix enim homo, inquit  
 quis me liberabit de corpore mortis huius? Alius  
 vero theologus, vitiosam & ancillam & nocturnam  
 eam vocat. Annuebam autem addiscere, te  
 ius rei gratia talibus aduersus illam appellationi  
 bus utitur. Si ergo (ut prædictum est) caro mor  
 est, profecto qui hanc vicit omnino non moritur.  
 Et quis oro ille homo est, qui viuet & non videt  
 mortem iniquationis carnis suæ? Quærendum  
 cenſeo quis maior sit, ille qui cum mortuus est re  
 surrexit: an qui omnino mortuus non est. Non  
 li secundum beatum dicunt: sed ij profecto falli  
 tur

*Eph. 5.*

*Rom. 7.*



tur. Nam Christus, cū mortuus fuisset resurrexit. Qui autem primū beatum putant, nullam volūt inesse morientibus, imō vero cadentibus desperationem: Clementissimum deum esse immanis ille inimic⁹ fornicationis author dicit, hinc vitio, quippē naturali, facile ignoscere. Si vero fraudes dāmonum obseruemus diligentius, inueniemus eos post sedam actionem, iustum illum indicē durum atq; inclementem appellare. Nam prius quidem, vt nos ad peccatum hortarentur clementiā illius suggererant, post lapsum vero illius inuolabilem iustitiam suggerunt, vt nos in desperationem precipitent. Cum vero mœrori & desperatio coniungitur, nos ipsos miseros agnoscere & dicere aut accusare, vel vlcisci pro culpa non possum⁹: hac vero amota & extincta rursus qui nimiā Dei clementiā suggererat tyrannus insequitur. Quia incorruptibilis atq; incorporeus deus est, idcirco maxime castitate atq; integritate corporis nostri delectatur. Aiunt quidam nulla re, ita vt fœtore dæmones delectari, Ita quoque vitio nullo ita delectantur vt inquinatio corporis nostri: Castitas hominem deo maxime familiarem, & quantum possibile est homini, similem facit. Mater quidem dulcedinis terra perfusa rore, castitatis autem mater est, quies obedientiæ coniuncta. Nonnūquam corporis beata illa immobilitas, quā ex quiete acquisiuius, non inconcussa permanet: ea vero quæ ex obedientia prouenit, vbiq; probabilis firma atq; immota perdurat. Vidi plerūque superbiam humilitatis authorem, *Roma. ii.* venitque in mentem ille, qui dixit. Quis agnouit sensum domini. Ruinæ foueam fastus ac superbia gignit: ruina volentibus sæpe fuit humilitatis occasio. Qui concupiscentia gulæ ac facietate fornicationis



cationis spiritū vincere vult, is ei similis est, qui  
leo extinguit incendiū. Qui vero sola cōtinentia  
bellū hoc sedare vel superare nititur, ei similis est  
qui vna manu natans, pelago liberari contendit.  
Sit ergo humilitas continentiae coniuncta. Non  
sine illa prior hæc inutilis agnoscitur. Is qui se  
no quodam vitio amplius vigeri conspiciat, cōtinet  
ipsum, & solum ante omnia seipsum armet.  
maxime si hostis intestinus sit. Nisi enim  
profligatus fuerit, nihil nobis reliquos vicisse pa-  
derit. Cum vero Aegyptium hunc nos quoque  
percusserimus, omnino deū in humilitatis rubi-  
cine intuebimur. Senti ego aliquando cū tentarer, quod  
dium quoddam irrationabile, & consolationem  
animæ lupum istum ad me fallendum excitat.  
pueriliterq; nimium fructum me, non corruptio-  
nem, tenere putabam. Si omne peccatū quodcūque  
homo peccauerit extra corpus est, qui autem for-  
tur in corpus suum peccat (quod idcirco ita dictū  
est, quia ipsius carnis substantiam fluxu inquinat  
consuevit) quid est quod in alijs peccatis reliquos  
seductos homines consueuimus dicere, cum ven-  
quempiam fornicatum fuisse audiuerimus, cū de  
lore dicimus, ille cecidit? Fugit hamū celestis  
piscis, ita & animus voluptati deditus auer-  
satur a solitudinis quietem. Quoties aliquos sibi iniuncti  
turpi & nephario vinculo diabolus ligare volue-  
rit, utraq; partes diligententer explorans, illic  
nem immittere incipit, ubi concupiscentiarum flamma  
facilius excitari posse animaduertit. Non  
quam hi qui circa voluptatem proni sunt compun-  
ti, miseratione facile compungi videntur, qui ve-  
ro castitatis student non sic talia possident. Vi-  
quidā scientissimus problema terribile quæsiuit  
ex me. Quod iniquis peccatū omnibus grauius  
est ha-



est homicidio, Christi que abnegatione exceptis?  
Cūq; illi respondiſſem, in hæreſim labi. Et quo nā,  
inquit modo catholica eccleſia hæreticū quide cū  
hæreſin priorem toto animo repudiauerit atq; a-  
nathematizauerit, ſuſcipit ad ſanctorum myſte-  
riorū communione, & vt idoneū admittit: eum  
vero qui in fornicationē lapſus fuerit cōſtitem  
atq; peccatū ipſum omnino deſerētem introrſus  
ſuſcipiens peccatos aliquot ſeū à venerandis im-  
maculatq; myſterijs ex traditione apoſtolica ſe-  
parari permittit? Hac ego ambiguitate percuffus  
ſtupui, ambiguumq; illud peccatum manſit ambiguum  
Perſerutemur & diligenter metiamur atq; obſer-  
uemus, quæ nobis dū pſallimus iucunditas ac ſua-  
uitas ex fornicationis ſpiritu, quæ nam vero ex ſpi-  
ritualib; eloquijs atq; ex eorū virtute & gratia ob-  
ueniat. Noli o iuuenis tibi ipſi occultus & ignotus  
eſſe. Vidi enim quosdā, dum ex animo pro ſuis  
charis ac dilectis orarent, ex huiusmodi memoria  
in nequitie concupiſcentiam præcipit. tos chari-  
tatis legem ſe implere putauit. Fit nonnūquam  
vt ex ſolo tactu corpus inquinetur. Nihil quippe  
ſenſu iſto grauius nihil periculoſius. Admoneat  
te is qui matris manu pallium circūdedit, a q;  
ab his, quæ vel naturalia vel præter natura ſunt,  
proprio atq; alieno corpore comprime manum.  
Nemo (vt reor) omnino ſanctus dicitur, niſi prius  
lutum hoc in ſanctificationem traduxerit, ſi tamē  
traduci poteſt. Cū in lectulo decūbimus, tūc maxi-  
me ſobrijs ac vigilantes ſim⁹, tūc enim mens exuta  
corpore, cū demonib; luctatur, & ſi inueniatur vo-  
luptatib; addicta libēter in pditionē labitur. Me-  
moriam mortis tecū ſemper quieſcat, tecūq; ſimul  
euigilet, ſolaq; ſēper rumināda oratio Ieſu: Nul-  
lum enim adiutorium in ſomno his præſtantius  
atq; efficaci⁹ inuenies. Sunt nōnulli qui ſola cibo



rum causa huiusmodi bella adue sum nos exi  
 ri: atque obſceni humoris profluuium fieri po  
 tant. atque aſſue ant ego autem extrema fatiga  
 tos ægritudine, & ad ſummum ieiunantes valde  
 huiusmodi aſpergine ſœdari cognoui. Interro  
 ui aliquando perfectiſſimum quendam ac diſci  
 pſionis gratia ornatum monachum, quid de  
 ſentiendum eſſet: mihiq; admodum lucide be  
 ille reſpondit. Eſt, inquit, quidemin ſomnis qu  
 dam ſeminis emiſſio, quæ ex ciborum multitu  
 dine & requie eſt. Et alia quæ ex ſuperbia contingit  
 cum ſ diutius mundi à ſœda hæ reſperſione pe  
 ſtiterimus, & per hoc in ſuperbiam eſſe imur.  
 rursus plerunq; cum iudicamus atq; condem  
 mus proximum. Horum inquit generum duo  
 tingere etiam inſirmis poſſunt, forta<sup>tes</sup> & omni  
 Porro ſi qui ſe ipſum prædictis omnib. cauſis  
 dum eſſe conſpicit, hic ex huiusmodi tranqui  
 litate beatus eſt. Qui vero ex dæmonum inuidia  
 patitur, deo id fieri ad tempus permittente ſit  
 per hanc calamitatem, quæ ſine peccato eſt, al<sup>tiſſi</sup>  
 tuto poſt deat humilitatem, Nemo nocturnâ pe  
 taſmata, quæ in ſomnis viderit, per diem ſecut  
 voluere ac retractare velit. Id enim dæmones  
 circo moliuntur, vt ex huiusmodi ſomnijs vig  
 lantes inquinent. Aliam quoque hoſtium noſtro  
 rum audiuiſmus aſtutiam: ſicut cibi qui corpu  
 lædunt, poſt annum ſive diem inſirmitates in  
 bis gignere conſueuerunt: ita nonnunquam &  
 eis cauſis ſit, quæ animam inquinant. Vidi quo  
 dam cum deli atius viuerent non ſtatim oppre  
 nari. Vidi item alios cum mulieribus cibum vo  
 ſumere ac degere continuo, nec vnquam cogita  
 one pulſari, qui tamen hac fiducia decepti ac ne  
 ligentiores facti, cū in cellula ſua pacem atq; ſec  
 titate



q̄tate esse putauissent, continuo in interitum præ-  
 cipitati sunt. Cuiusmodi autem iste interitus sit,  
 qui singulatim in ijs solis & incorpore & in ani-  
 ma contigit, is qui expertus est nouit, qui vero ex-  
 pertus nō est, scire non potest. Quo in tēpore sum-  
 mu nobis adiutor iū prestabit cilicium & cinis, to-  
 tisq; noctibus statio immobilis, panis desiderium,  
 ardens lingua modiceque irrotata, sepulchrorum  
 habitatio, atq; ante omnia humilitas cordis, & si  
 fieri potest pater spiritalis aut frater sollicit<sup>9</sup> cau-  
 tusq; sensu ad auxilium adhibeatur. Miror enim  
 si quispiam solus ex huiusmodi pelago nauem ser-  
 uare integram p̄ssit. Eidem vero sceleri non ea-  
 dem semper debetur pœna, neq; idem indifferen-  
 ter à quocunque admittitur, sed ex eodem lapsu  
 centupulū magis alius quam alius puniri merebi-  
 tur. Intelligitur autē hæc differentia ex locis, pro-  
 sectibus, moribusque alijs plurimis. Mi abile mi-  
 hi quidam supremumq; castitatis insinuaui ul-  
 men. Quidam aiebat cum pulchritudinem atque  
 venustatem intueretur corporum, ex ea admoni-  
 tus magnificē glorificauit opificem, atq; ex solo  
 huiusmodi spectaculo in amorem dei, fontemq;  
 lachrymarum excitatus est. Eratque stupor iens,  
 videre quod alteri fouea ruinæ fuisset, id alte-  
 ri coronarum causa p̄ter naturam fieri. Huius-  
 modi vero si semper hoc sensu atque actione per-  
 durat, ante communem resurrectionem iam in  
 incorruptionem transijt. Eadem regula & in me-  
 lodijs canticis utemur. Nam i quidem qui deū  
 diligunt in hilaritatem diuinamq; dilectionem  
 atq; in lachrymas ex mundanis & ex spiritualib<sup>9</sup>  
 canticis excitari solent: cōtra aut qui voluptatib<sup>9</sup>  
 addicti sunt, vndiq; sibi perditio nis materiā colli-  
 gunt. Quidā vt supra iā diximus in remotioribus



locis oppugnari amplius solent. Quod mirum non  
 est, habitant enim illic libetius dæmones: quippe  
 à Domino in desertis atq; abyssis ad salutē nostrā  
 relegati sunt. Solitarium acerrimē oppugnant  
 quitæ spiritus, ut ex desperatione profectus, & de  
 ferto ad seculum reuocent. A nobis si in seculo  
 gimus discedunt: ut dum illis nos minime oppu  
 gnari perspicimus, secularib⁹ rebus iam securi  
 moremur, ubi sane oppugnamur, illic profecto  
 uersus inimicum pugnamus, nam nisi oppugnati  
 à nobis, ipse quoque amicus noster efficitur. D  
 um vero alicuius necessitatis gratia in seculo  
 samur, manu Domini protegimur, fortassis per  
 rationē spiritualis patris: ne Dominus per nos  
 sphemetur. nonnunq; vero id fit per indolentiam  
 nostram; quod his quæ dicuntur, ac geruntur in  
 culo diutius assuefacti occalluerim⁹, siue quod  
 mones sponte secesserint, nobisq; elationis acti  
 moris locū reliquerint, quo vno vitia omnia im  
 plentur. Audite astum aliū atq; versutiā seducti  
 ris huius, omnes qui castitatē excercere atq; serua  
 delegistis. Enarrauit mihi quidam ex his qui fra  
 dem hanc experiri fuerant, quod is fornicatione  
 spiritus seipsum ad finem vsq; subducit, summa  
 que mona ho interim religionis reuerentiā sup  
 gerit, fortassis vero etiam lachrymarum flumina  
 per id maximē tempus quo cum mulieribus sede  
 ac loquitur: suadetq; ut eas de memoria mortis  
 de iudicij die, de pudicitia admoneat, ut per  
 sermones, fictamque religionis speciem ad lupan  
 tanquam ad pastorem infelices ac misere accurrat  
 factaq; iam fiducia & consuetudine, demum rursus  
 infelix monachus in flagitij ruinam præcipitatur.  
 Solenter quæso fugiamus, caueamusq; eum fructu  
 vel videre, vel audire quem vltra gustare non im



tituimus. Miror enim si Dauid sublimi illo Pro-  
 pheta nos ipsos fortiores arbitremur, quod fieri nō  
 potest. Nempe adeo sublimis ac singularis castita-  
 ris laus est, vt eam plerique patrum impassibilita-  
 tem appellare ausi sunt. Aiunt quidam post pec-  
 cati gustum impossibile esse quenquam castū no-  
 minari. Ab his ego longē dissentiens, ita diffinio,  
 & possibile esse & facile ei, qui syluestrem & infe-  
 racem oleam, indecoram ac frugiferam velit inse-  
 rendo conuertere. Nam si corpore ille virgo fu-  
 isset, cui cælorum creditæ sunt clauēs, iuste fortas-  
 sis isti prudenterq; discernere: sin vero, ille eos  
 confundat, qui & socrum habuit, & castus fuit, &  
 regni, clauēs à Domino suscipere meruit. Varius  
 ac multiplex est fornicationis serpens, eosque qui  
 cōcubitum nunquam experti sunt, vt solummo-  
 do experiantur ac desinant importunē sollicitat,  
 eos vero qui iam experti sunt, ex memoria obsec-  
 ni facti, vt iterum experiri velint infelix horta-  
 tur. Plurimi ex prioribus per ignorantiam mali  
 huius minus impugnantur, at qui iam sceleris hoc  
 periculum fecerunt, per turbationes infestius bel-  
 la patiuntur, veruntamen contra nonnunquam  
 contingit. Quoties ex somno pacifici quidem &  
 tranquillī exurgimus, scilicet nos angeli latenter  
 consolantur, idq; tamē maxime fit cum in summa  
 rationis ac sobrietatis intentione obdormierimus.  
 Plerunq; vero etiam ex iniquis somnijs & visioni-  
 bus lecti somno expergiscimur. Vidi impiū super  
 exaltatū & eleuatū & perturbatū in me sicut Ce *Psalm. 36.*  
 dros libani & trāsui per continentia: & ecce non  
 erat, vt prius furor eius, & q̄siui eū dum humilias-  
 sem cogitationē meam & nō est inuētus loc⁹ eius,  
 aut vestigiū. Qui corpus vicit is etiā naturā supera-  
 uit, q̄ vero naturā superauit, is p̄fecto supra naturā  
 effectus



affectus est. Porro is, id cui contingit, modicum  
 quid minus quam angeli habet: ut non dicam ni-  
 hil. Mirum non est ab incorporeo & omni mate-  
 ria remoto, eum qui ex corpore & materia con-  
 stat oppugnari, atque etiam vinci: sed illud sane  
 mirum atque admiratione dignissimum, si is qui  
 corpore indutus est, cum hac inimica & insidi-  
 osum materia pugnans, incorporeos hostes in  
 fugam conuertat ac superet. Summam circa  
 deus in hoc quoque providentiam gerens, proci-  
 citatem foeminae quasi freno quodam, pudore  
 strinxit. Nam si haec ad marem sponte accurre-  
 non fuisset salua omnis caro. Plerique patrum  
 discretionis gratia maxime insignes, aliud esse dis-  
 niunt primum impetum, aliud in cogitando  
 ram, aliud consensum, aliud captiuitatem, aliud  
 luctam, & aliud eam quae passio siue perturbatio  
 in animo dicitur. Impetum enim illi beati effe-  
 iunt sermonem simplicem, siue imaginem cuius-  
 cunque rei cordi recenter iniectam. Moram vero  
 cum quis ei imagini, siue cum passione aliqua, si-  
 ue praeter passionem immoratur. Consensum ve-  
 ro nutum atque inclinationem animae ad eam  
 imaginem cum voluptate. Captiuitatem vero vi-  
 lentiam inuiti cordis abductionem, siue iugum  
 quaecunque ingressum, atque optimi nostri statim  
 exterminium. Luctam vero esse diffiniunt cum  
 pari virtute pugnatur, & sponte sua quisque  
 superatur vel vincit. Passionem autem eam pro-  
 priam esse dicunt, quae tempore longiore in ani-  
 mo viciosius incedit, eumque iam sua consuetudine  
 in suum habitum transduxit, adeo ut sua sponte  
 propriaque iam voluntate ad eam currat. Ex his  
 omnibus gradibus prior quidem sine peccato est,  
 secundus non ita, sed cum aliquo peccato est, tertius  
 vero



vero pro certantium colligitur statu: porro lucta vel coronæ, vel supplicij causa est. Nempe captiuitas aliter orationis tempore, aliter præter orationis tempus iudicatur: aliter item in medijs atque in omnibus malis cogitationibus estimatur. Sed passio sane in omnibus absque vlla controuersia vel dignæ poenitentiae, vel futuro cruciatui subiecta est. Ita is qui primum illum ineptum, sine vlllo passionis sensu auersatur: extrem a illa omnia penitus abscidit. Est apud diligentissimos & maxime discretos patrum, alia quoque horum subtilior ratio & notio, quam peraripissimum 7. quidam appellari dicunt, id est, subtilissima animi quædam latensque subreptio, quæ flatus instar tenuis sine vlla temporis mora, dictoque omni & imaginatione celerius passionem patienti insinuare consuevit. Nullum hoc spiritu celeriorē, nullum occultiozem inuenies, quippe qui tenui mora absque vlla consensus immoratione, absque tempore absque attractu, apud quosdam vero absque notione vlla, aduentum suum animo indicat. Si quis igitur huiusmodi subtilitatem per gemitum comprehendere potuit, hic nos instruere iam, ac docere poterit, vt solo oculo, simplici quæ aspectu, & tactu manus, audituque cantici cuiusdā, præter intentionem omnem atque cogitationem fornicari anima, latenti voluptate p̄t; Aiunt quidam ex cogitatione fornicationis, ad actum nepharium corpus deduci, alij econtra ex corporis sensibus iniquas cogitationes gigni asseuerant. At qui priores quidem illi, hac ratione nituntur, quod nisi mens, atque animus occurrerent, nunquam sequi poterit corpus: esse enim id sub ditione animi. Sequentes vero corporalis vitii malignitatē ita pro affirmatione sensus sui allegant, vt dicant

L s nonnun-



nonnunquam ex venustissimo aspectu vel tactu manuum vel olfatiendi suauitate vel suauissima vocis auditu, cogitationibus nequitiae aditum patere ad cor. Sed de his qui potest in dño doceat. Sunt enim ista his qui discretionis actione imbui cupiunt, nimium & necessaria & utilia. Nam eis quidem qui in simplicitate ac rectitudine cordis operantur, nulla horum ratio habenda est. Neque enim est omnium scientia, neque rursus est omnium beata simplicitas, certa ac tuta contra hostiles nequicias lorica. Nonnulla quidem vitia ex intimis progrediuntur ad corpus, quaedam vero contra per corporis sensus ad animam penetrant. Atque hoc vltimum secularibus maxime, primum vero illud eis qui solitariam vitam delegerunt, (quod eis materia non adsint) contingere videas. Ego de hoc illud interim dixerim, Quæres apud malos prudentiam & non inuenies. Quoties intentius aduersus fornicationis spiritum impugnantes, hunc ex corde periculis lapidem atque humilitatis gladium exercitatum eiecerimus, tunc iam corpori nostro velut vermis quidam insidens, improbos quosdam ac irrationabiles motus miser ille pelliciens nos inquinare conatur. Quod illi maxime perperit solent qui inanis gloriæ spiritum sequuntur. Dum enim se hac peste liberatos gloriantur, nulla etiam cogitationum nequam assiduitate pulsati, in morbum illum prolapsi sunt. Atque quod id verum sit, cum se isti ad solitudinis quietem contulerint, seipsos diligenti inquisitione discutiant, inuentent profecto cogitationem quandam in cordis abditi veluti serpentem in sterquilinio delituisse, quæ proprio illos studio atque alacritate virtutem intimæ castitatis acquisisse suggerit. Non intelligunt mihi illud Apostoli: Quid habes quod non acceperis? vel gratis, vel ex deo, vel ex alterius opere,

& oratio



& oratione. Inspicient ergo isti diligenter, atque  
 omni studio prædictum colubrum ex cordis sui  
 larebris summa humilitate mortificatum abstra-  
 hant, ut ab ipso liberati, possint & hi fortasse ali-  
 quando tunicas pelliceas exuere, triumphalēq; ca-  
 stitatis hymnum (ut illi castissimi infantes) deo ca-  
 nere, si tamen exuti non inueniantur illorum hu-  
 militate nudi. Obsecrat & hic ipse spiritus longe  
 amplius cæteris tempora, & cum corporis habitu  
 aduersus ipsum orare non possumus, tunc maxi-  
 me nos impurus oppugnare nititur. Conuenit il-  
 lis qui nondum veram cordis orationem posside-  
 runt, corporeæ exercitatio orationis, videlicet ma-  
 nuū extensio, tussio pectorum, gemituum singul-  
 tumque perturbatio, syncerus ac iugis in cœ-  
 lum conspectus, perpetua genuum curuatio. Quæ  
 omnia dum nonnunquam propter præsentis fa-  
 cere non possumus, tunc maxime nos oppugnant  
 demones. Cum nec dum mentis soliditate orati-  
 onisque secretissima virtute, contra hostes no-  
 stros insurgere valeamus, necessario fortassis illis  
 cedimus. Exili cito, si possibile est, abscondere mo-  
 dicum secretius, eleua animæ aciem si potes, sin ve-  
 ro, vel exterioribus luminibus in cœlum aspice:  
 extende in figuram crucis immobiles manus, ut  
 per ipsam quoque formam & habitum orantis  
 Amalech confundas & superes. Clama ad eum qui sal-  
 uare te potest, non in sapientia ornatuque verbo-  
 rum, sed in simplicitate atq; humilitate sermonis, *Psalm. 6.*  
 ante omnia ita semper exordiens. Miserere mei,  
 quoniam infirmus sum. Tunc experie. is altissimi vir-  
 tutē atq; inuisibiliter inuisibiles per inuisibile per-  
 sequeris auxiliū. Qui sic pugnare assue factus est,  
 cito, ac solo nutu animi persequi hostes ac fugare  
 poterit, sed prioris illius laboris hoc extremum in-  
 remu-



remunerationem datur dei operarijs & meritis  
 sanè. Cum aliquando in congregatione quadam  
 essem, notavi sollicitum atq; studiosum fratrem  
 dum à malis cogitationib; molestiam pateretur  
 nec inueniret illic locum idoneum orationi,  
 naturæ necessaria simulata necessitate exisse, atq;  
 illic aduersus hostes validissimâ oratione cōfiteri.  
 Cum vero loci indignitas patrē pe moueret, Cui  
 inquit, loci huius, quasi min⁹ idonei te facies mo-  
 uet? Persequebantur me immundæ cogitationes  
 ego in loco immūdo vt sordibus mundaer orationem.  
 Omnes quidem dæmones primo intellectum no-  
 strum obnubilare contendunt, atque ita demum  
 ea quæ sibi amica sunt suggerunt. Nisi enim me-  
 tis nostræ claudantur oculi, thesaurum nostrum  
 furari nō poterunt. Sed fornicationis spiritus mu-  
 to cæteris velocius instat. Hic denique cum po-  
 nunquam prin⁹ ipem mentem tenebris obduc-  
 rit, ea homines facere inducit, quæ soli amanti  
 operantur. Quæcum post aliquod interuallum  
 temporis mente resipiscite agnosimus, non ea  
 solum qui viderunt, sed nos ipsi quoque erube-  
 scimus, in pēs actus nostros vel locutiones vel ha-  
 bitus recolentes, prioremque nostram obsecratio-  
 nē obstupescimus. Deniq; plures sepe ex huiusmodi  
 discretionē ab hac peste quicauerunt. Auersate to-  
 tis viribus eum hostem, qui te post actum sordidum  
 orare vel religiosè agere vel vigi⁹ are prohibet, mo-  
 mor eius qui dixit, Idcirco autem quod mihi mo-  
 lesta sit anima mea, anticipationibus violenter op-  
 pressa, faciam ultionem eius ex inimicis eius. Qui  
 est qui corpus vicit. Qui contriuit cor, qui seipsum  
 abnegauit. Nam quomodo non conteretur is, qui  
 voluptati mortuus est. Est inter vitiosos alius alio  
 vitiosior, videasque nonnullos ipsas quoq; sordes  
 ac se

psalm. 76



ac scelera sua suauiter & cum voluptate confiteri. Solent immundæ turpesque cogitationes à seductore cordis, fornicationis spiritu suscitari. Quarū tamen medicina continentia est, atque eas nihil exillimare. Quo nam autem more & modo meū hunc amicum vincies, in morem cæterorum dijudicem nescio. Prius enim quam illum vinciam, soluitur, & antequam dijudicem, cum illo in gratiam redeo, & antequā puniam, flector. Quomodo illum vinciam: quem vt amem à natura suscipi? Quomodo ab eo liberabor, cui in seculum colligatus sum? Quomodo mecum etiam surgentem destruiam? Quomodo incorruptibilem ostendam, qui naturam accepit corruptibilem? Quid illi rationabile dicam qui per naturam mille rationibus ac persuasionibus mētitur. Si enim ipsum ieiunio vinciam: rursus ille, proximū iudicans, trador: si & iudicare desistens hunc superē, elatus corde in eundē præcipitor. Estq; cooperator & hostis, adiutor atq; aduersarius, auxiliator simul & insidiator. Si foueatur oppugnat: si affligatur debilior fit, lasciuit perquiretem, rursus verbera, & flagella non sustinet. Si illum contristem periclitor, si foueam, per quem virtutes ac qui am non habeo. Quid sit circa me sacramenti: quæ nam sit meæ concretionis ratio, quomodo mihi & amicus sim & inimicus quis videat? quis intelli- gat. Dic tu, dic mihi o coniunx: mea o natura mea, neque enim de te, ab alio quam abs te discere cu abo, quomodo ex te vulneratus maneam, quomodo possum naturale periculum effugere, quando iam bellū aduersum te gerere Christo pollicitus sum, quomodo tuam tyrannidem superem, ex quo vim tibi inferre de- legi: illa vero aduersus seipsam (vt ita dixerem) respondens ita dicere videbitur. Non tibi id lo-  
quar.



quar, quod ipsa non nosti: sed quæ simul ambæ  
cognouim⁹. Ego in me ipsa dilectione glorior ma-  
tre. Exterioris quidem incendij genitrix, & cau-  
sa in primis est cura nimia, atque immodica re-  
quies. Porro interioris flammæ, motusque cogita-  
tionum, ex præcedente requie actibusque præce-  
ditis occasio gignitur. Ego cum iniqua concepe-  
ro, pario scelera, quæ simul vt nata fuerint per de-  
sperationem generant mortem. Si meam tuamque  
profundam infirmitatem noris, penitus meas vit-  
xisti manus. Si gulæ concupiscentiam fregeris, me-  
os obligasti pedes, ne gradi in antea iora possint.  
obedientiæ collum submittas à me disiunctus es.  
Si possideas humilitatem amputasti caput me-  
um.

*Annotationes in gra-  
dum. 15.*

Patres nonnulli fœditatem concupiscentiæ & coitus  
considerantes, existimauerunt, quod si Adamus non pe-  
casset nulla, commixtio maris & femine, nulla fu-  
isset per coitum generatio. In hac opinione fuit Grego-  
rius Niceus id quod lib. 8. de prouidentia cap. 3. &  
lib. de homine cap. 18. scriptum reliquit. Sentit idem  
Damascenus lib. 1. de Orthodoxa fide cap. 25. in eadem  
sententia & nostrum Climacum fuisse vel hoc loco  
manifestum. Contrariam verò partem hodie defendunt  
scholastici doctores.

- 2 Alij diluc diu [non] intelligentes quod ubi ma-  
ius est periculum, ibi debet esse maior custo-  
dia translulerunt.
- 3 Hanc historiã recenset auctor qui vitas patrum descri-  
psit siue vñ Diuus. Hieronimus siue alius.
- 4 [Nam] pro [non] legendum est.
- 5 Ratio est, quia status monastici proprium est seruare  
castitatem



castitatem: qui ergo contra castitatem promissam delinquit, & cadere dicitur de sua professione.

- 6 In primitiva Ecclesia fornicatores 7 annis penitere, & à communione abstinere debebant. Si autem presbyter esset, decem annis. Cuius penitentiae modus describitur in Decreto Dist. 82. c. Presbyter. Ad propositam autem questionem quidam respondent, Heresim solius animae maculam esse, ideoque sola renuntiatione erroris deleri. Fornicationem vero etiam corporis esse immandiciem, & ob hoc opus esse ut ea penitentiae lachrymis eluatur, & libidinis flamma fletuque penitus extinguatur, priusquam ad tremenda haec & purissima mysteria fornicator admittatur. Nulla enim vitia huic sacramento magis contrariantur, quam odium & carnis immunditia. Huius itaque sacramenti respectu grauius punitur fornicator quam hereticus. Non tamen ideo sequitur fornicationem absolute maius esse peccatum heresi. Nam uterque in suo peccato moriens sine penitentia, Hereticus grauius multo fornicatore puniretur.

- 7 Priapismus legendum esse putarem quem & οατυρία & οατυρία vocant greci: Est autem morbus, cum genitale longè lateque excrescit, nullo caloris externi aut libidinis incentiuo. Fit ex inflatione quam efficit spiritus, ex viscosis crassisque humoribus procreatus, vi caloris moderati. Vide Galen. lib. 6. de Locis affect. c. 6. & P. Aegin. lib. 3.

De Auaritia Gradus, XVI.

**P**urimi Sapientissimi doctores post praefatum tyrannum hunc avaritiae millicipitem spiritum statuere consueuerunt: Itaque ne insipientes nos sapientium immutemus ordinem, eandem regulam terminumque secuti, pauca prius de morbo ipso, ac postmodum de ipsius curatione loquemur:

Auaritia